

peccato suo, sanguis autem ejus de manibus vestris requiratur. Proponite vos ipsos eis in exemplum bonorum operum, & quod eis agendum est non tantum verbis, sed & vita & operibus demonstrate, ut in memoria videamini retinere mandata Domini, ad faciendum ea, & ejus ministri ac discipuli comprobemini, de quo dicit Scriptura: Quia cœpit facere & docere. Contentibilis quidem habetur sermo Doctoris, cum prædicationi ejus exemplum bonæ vitæ non concordat. Confidimus enim de misericordia Creatoris, quoniam si vos juxta vestri officii debitum excolendo agro Dominico, & eruditioni ejusdem populi verbis & operibus intendere studueritis, & in observantia doctrinæ Apostolicæ, ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientia humiliter permanseritis, & hic virtutum capietis incrementa, jugiter, & in supremo examine ad præmium æternæ beatitudinis cum sanctis omnibus pertingetis. Ad hoc licet in generali concilio sit constitutum, ut quicumque in clericum violentas manus injecerit, tam diu excommunicationi subjaceat, donec ad sedem Apostolicam satisfactorius accedat. Pro longa tamen remotione terrarum, eandem constitutionem duximus temperandam, ut videlicet his tantum qui forte in eodem populo neci tradiderit clericum, monachum, vel conversum, vel aliquod ei membrum incididerit, satisfactorius ad sedem transmittatur Apostolicam. Alii autem a vobis competenti satisfactione ipsis indicta, ab excommunicationis nexibus absolvantur, præstito tamen primitus juramento, quod mandato vestro debeant obedire. Vos autem formam (pœnam) eis Ecclesiasticam postmodum injungetis, ut nec in facto sint, nec in consilio, nec consensu, ut clericus, monachus, vel conversus verberetur aut capiatur. De cætero charitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, quatenus censum, quem regnum & populus vester B. Petro annuatim statuerat solvendum, quisque de suo Episcopatu annis singulis colligere, & sedi Apostolicæ transmittere fideliter studeatis. Datum Laterani IV. Calendæ Decembris.

821.

1181—1185.

Af Páf. Lucius III:s Skyddsbref för Bosjö kloster, ett utdrag.

E. 102. c. 22. *)

LUCIUS seruus seruorum dei delectis jn christo filiabus Juliane priorisse monasterij bosø eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis inperpetuum &c. pluribus vero interpositis clausulis sequi-

*) På papper i odaterad vidimation af Påfl. Commissarien JOHANNES vid början af 1500:talet.

sequitur vna talis de verbo ad verbum Decreuimus ergo vt nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare Sed omnia integra conseruentur earum pro quarum gubernacione ac sustentacione concessa sunt vsibus Omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate Et diocesani episcopi canonica Instancia Si qua igitur &c. *såsom N:o 96 till examine diuine vlcionj &c. och vidare till pacis inueniant.*

822.

1183—1201.

W. Abbotens i Citeaux Skrifvelse till Ärke-Bisk. ABSALON i Lund med afskrift af Påfve LUCIUS III:s Bulla.

A. 1. d. 3. *)

Reuerendis patribus & dominis. absalonj dej gracia lundensi archiepiscopo - & vniuersis suffraganeis eius - Frater - W dictus abbas Cýstercii - Salutem cum plurima reuerencia - Significamus paternitatj vestre - auctenticum subscribe libertatis penes nos haberi - in quo sicut vestra perpendere potest discrecio - dominus papa satis euidenter innuit eandem immunitatem - vniuerso ordinj nostro concessam - licet specialiter pro aliquibus domibus - & specialibus scribat personis - sicut diuersi tunc casus exigebant - Quoniam ergo sub sigilli nostri testimonio - Tenorem ipsius auctenticj & seriem sicut apud nos est - vobis destinamus - Rogantes humiliter & attente - Quatinus - fratres nostros qui apud vos sunt contra tam euidens mandatum summi pontificis vexari nullatenus permittatis - est igitur in hunc modum LUCIUS &c. *se N:o 93.*

823.

1180:talet—1202.

BIRGER JARL Is Gåfvobref på hemman i Wermeland till Risaberga kloster.

A. 3. n. 1: 4.

Omnibus huius regni incolis presentibus & futuris birgerus dux sueo- rum ab eo dirigi in uiam iusticie. qui iustos diligit & roborat dono celestis gratie. Quia omnipotens deus non nostris meritis inter homines set coeterna sibi bonitate nos sublimauit. atque cum uirtute potencie diuiciarum emolumentis habundantius ditauit. gratias ut dignum est ei referimus. set & ea

*) Efter en vidimation af Ärke-Bisk. YSARNUS i Lund d. 19 Jan. 1303.

Sv. Diplom.